



540






6.

E 570

**nka**  
Nemzeti Kulturális Alap

**nka**  
Nemzeti Kulturális Alap





**IOHANNES SCHMIDIUS,**  
S.S. Theol. Doctor ejusdemq; in Academia Argentoratensi Profesfor Pri-  
marius, Conventus Ecclesiastici Præses, et Capituli Thomani Præpositus.  
Natus Bucislæe A. MDXCIV. d. 20. Julii. Denat. Argentorati A. MDCLIX. d. 27. Aug.  
*C. Rom. sculpsit.*

**JOHANNIS SCHMIDIJ,**  
Doctōris & Professoris Theologi, Conventus-  
que Ecclesiastici Argentoratensis Præsidis

olim meritissimi

In

3412

**PROPHETAS  
MINORES  
COMMENTARIUS**

Cum

**D. FRIDERICI BALDUINI,**  
Theologi quondam Wittebergensis  
**IN TRES POSTERIORES PROPHETAS**

Commentario,

**P. II. 12.**

*Et Indicibus Locorum, Vocum & Rerum copiosissimis.*

ex **MSC<sup>to</sup>** recensitus

*Opera & Studio*

**BALTASARIS FRIDERICI SALZMANNI,**  
SS. Theolog. Doct. & Ecclesiastæ  
Argentoratensis.

**L I P S I Æ,**

**Sumptibus Hæredum FRIDERICI LANCKISII.**

Literis **JO. HEINRICI RICHTERL**

ANNO M. DC. LXXXVII

*Commentario...  
in 7. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.*

Ad  
BENEVOLUM LECTOREM  
PRÆFATIO.



**U**sitatissima est, & iis etiam, qui de Rabbinico stylo aliquid degustarunt, notissima super de mortuis, qui pii & beati creduntur, formula, qua Hebræi honorificam eorum mentionem faciunt, quando dicunt, זכרונו לברכה *Memoria ejus sit in benedictionem*, vel plenius זכר צדיק לברכה *Memoria justi sit in benedictionem*. Licet vero usitatissima sit, & notissima formula: sensum tamen non eundem omnes, etiam Hebræi Interpretes faciunt. In hoc consentire quidem omnes videntur, quod nec obscurum, phrasin defumtam esse ex Prov. X, 7. ubi Rex sapientissimus dicit; זכר צדיק לברכה ושם רשעים ירקב *h.e. Memoria justierit in benedictionem: & nomen impiorum putrescet*. Quæ verba Chaldæus ita transtulit: זכר צדיק ברכתא ושם רשעים ירקב *h.e.*

(:)

JOHANNIS SCHMIDII  
Doctoris & Professoris Theologiae  
pve Eschscholæ Argentoratiensis  
olim professoris  
In  
PRÆFATIO  
MINORES  
COMMENTARIUS  
Cum  
D. FRIDERICI BALDWINI  
Theologi pvidam Witebergensis  
IN TRES POSTERIORES PROPHETAS  
Commentario  
I IIII  
ex MSC. recentibus  
Opus & editio  
BALDWINI FRIDERICI BALDWINI  
Ss. Theolog. Doct. & Eschscholæ  
Argentoratiensis  
Sumptibus Heredum FRIDERICI LANGKRIE  
Lugdun. Jo. HEINRICI RICHTERI  
Anno MDC. LXXXVII

h.e. Memoria justorum est benedictio : sed nomen impiorum extinguetur. Hic vero recte non fecit, quod præfixum Lamed otiosum putavit. R. Salomo verba Hebræa sic exponit: Memoria justorum erit in benedictionem h.e. Quisquis justum mentionem fecerit, benedicet illi: At nomen impiorum putrescet, h.e. putredo ascendet quasi super nomen eorum, dum nemo dignabitur mentionem facere nominis eorum, ut per se in oblivionem veniat. Aben-Esræ hæc glossa est: Memoria justus & c. h.e. Memorejus erit Deus propter benedictionem suam, ut veniet hæc super eum; juxta illud, Dominus recordabitur nostri, benedicet, sensus autem est, memor erit ejus, & benedicet illi. R. Levi vero; Memoria justus erit in benedictione; quia semper accedet illi aliquid boni & perfectionis illius, quando (Deus) recordabitur ejus. Alias expositiones complexus est Dn. D. Gejerus Comment: in Prov. X. Postquam enim dixit, quod  
me-

memoria seu memoratio justus sit bona post mortem fama, postea subjungit; Atque hæc memoratio erit לברכה in benedictione, h.e. apud omnes bene audiet ac laudabitur: sicut habet Vulg. Memoria justus cum laudibus: LXX. μεμνησται, Vatabl. memoria justus laudem habet: extollere namque solemus defunctorum pietatem, benignitatem, æquitatem, fortitudinem & c. Horsum formula Ebræorum וכונו לברכה vel וידו quam mentioni defunctorum solent subjicere, de qua Buxt. Abbrev. p. 73. Neque vero solum in morte, sed viventibus etiam justis, memoria talis est benedicta; absentes namque non absque honoris laudisve præfatione solemus nominare, imo & bona iis omnia à DEO simul appreciamur & c. Hactenus ille. Non improbamus plane aut rejicimus quidem ista omnia; cum omnia de justis sint conjunctim verissima; licet disjunctim non prorsus consentiant, sed aliud atque aliud  
):( 2 aliud

aliud dicant, quando ex. gr. quidam  
memoriam iusti apud DEUM, alii  
memorationem hominum apud ho-  
mines intelligunt. Attamen existima-  
mus, sensum verborum Sapientissimi  
Regis per ista non exhauriri. Summus  
namque gradus honorificæ mentionis  
iustorum inter homines est, quod in  
exemplum aliis proponuntur, & bene-  
dictionum votorumque formulis ita  
conciipiuntur, ut DEUS eos, quibus  
benedicitur, tam benedictos, tamque  
pios atque beatos facere velit, quam  
fecit hunc illumve iustum defunctum.  
Cujusmodi benedictionum votorumq;  
formulæ in Scriptura Sacra Salomonis  
tempore jam extabant. Exempli gra-  
tia: Gen. XLIX, 20. de Jacobo Patri-  
archa & Josephi filiis, Ephrajimo & Ma-  
nasse dicitur, *Et benedixit [Jacobus] iis*  
*[Ephrajimo & Manassi] in die istoc, di-*  
*cendo, in te benedicet Jisraël, dicendo,*  
*ponat*

*ponat te DEUS sicut Ephrajimum &*  
*sicut Manassen: posuitque Ephrajimum*  
*ante Manassen. Factum autem ejusmo-*  
*di benedictionis habemus Ruth. IV, II. 12.*  
*in desponsatione Ruth cum Boaso: ubi*  
*legimus; Et dixerunt omnis populus, qui*  
*in porta erant, & seniores testes; Det*  
*Jehovah mulierem ingressuram in Domū*  
*tuam, sicut Rachelem & sicut Leam, quæ*  
*ædificarunt ambæ Domum Jisraëlis, &*  
*fac virtutem in Ephrata, & voca nomen*  
*in Bethlehem: sitq; domus tua, sicut Do-*  
*mus Perezi, quem genuit Thamar Judæ,*  
*ex semine quod dabit Jehovah tibi ex pu-*  
*ella hac. Nonne vero etiam nos hodieq;*  
*quando e.g. magnorum Virorum filiis be-*  
*nedicimus, dicere solemus; Faxit Deus,*  
*ut in talem evadas virum, qualis Pater*  
*tuus est, velfuit; Gott gebe/ daß du so ein*  
*tapferer Mann werdest/ als dein Vater ge-*  
*wesen ist? Hunc non immerito summum*  
*dicimus memoriæ bonæ iustorum gra-*  
*dum*

dum inter homines. Quid namq; melius, quid lætius, quid jucundius, quid laudabilius est, quam ita in exemplū benedictionis, quoad pietatem, fortitudinē, sapientiā, justitiam &c. proponi, & votorū verbis inferi! Hunc gradum qui affecutus est, transcendit reliquos, & jam possidet. Habet bonam famam, laudem gloriamque hominis benedicti, & apud Deum etiam post mortem beati, &c. Hæc, *Benevole Lector*, non disputandi causa hîc dicimus; sed in mentem nobis venerunt, quando rogatus præfatiuncula aliqua tibi commendare debui *Vir* ejus, qui non tantum egregiam post mortem famā inter Theologos summos meruit & nactus est, sed dignus quoq; est, ut in exemplū aliis proponatur, & memoria ejus in benedictionem sit. Sufficiet hic sine superfluis laudibus & comendationibus, sine quibus pridem celeberrimus fuit, nominare *Virum*; *Incomparabilem* nimirum *Dn. Johannem*

*Johannem Schmidium, olim S.S. Theol. Doct. Prof. & Convent. Eccles. Præsidentem apud Argentinenses, undiquaq; meritissimum. b.m.* Hujus *Vir* commentationes in *Prophetas*, quos vocant, *minores*, quas in *Lect*ionibus suis publicis Academicis prælegit, jam pridem quidem, ut publicam in lucē ederentur, dignæ habitæ, nunc demum in publicum eduntur; quousq; quidem *B. Vir* eas continuare datum est. Utinam concessum illi fuisset, ea quæ adhuc defunt, addere, ut absolutum opus erudito orbi communicari potuisset! Sed quemadmodum ipsis magnis viris non diutius, quam Deus vitam prorogat, frui licet: ita scriptis eorum utendū est, quousq; cum Deo perfici potuerunt. Spero hisce prælectionibus & commentationibus eruditum orbem non minus delectatum iri, quam ego, qui eas aliquandiu ex ore *B. Vir* tanquam *Præceptoris discipulus*, excepi, delectatus sum. Imitatus in-

tra-

tractandi methodo est *Viros magnos, B. D. Ægidium Hunnium, & B. D. Johannem Winckelmannum b. m.* quorum methodus aliis quoq; Theologis laudata hactenus, & approbata est. Hoc in super testari possum [quod ex ore *Beati Viri* ipse audivi] non ipsum, quæcunq; in mentem venerunt, sed quæ pia & diligens præmeditatio suggessit, in chartâ conjecisse. Quanquam vero, ut supra indicatû, non datum est *B. Viro* commentationes in omnes Prophetas minores absolvere: ut tamen integer in omnes Commentarius haberetur, prospectum est per hoc, quod in hac editione Commentarius *Dn. D. Friderici Balduini p. m. in tres posteriores Prophetas* adjunctus est. Utere ergo & fruire, *Benevole Lector*, in Dei gloriam, Tuumque & Ecclesiæ commodum, nobisque fave. Sic vale optime.

*Dabam Argentina d. 16. Septembr. st. n.*

*Anno. 1686.*

SEBASTIANUS SCHMIDT, D.

QUADRIGÆ  
**THEOLOGORUM**  
**SAXONICORUM**  
*DE ECCLESIA CHRISTI PRÆCLARIS-*  
*SIME MERITORUM*  
VIRIS  
*SUMME REVERENDIS, MAGNIFICIS,*  
*AMPLISSIMIS*  
**DN. PHILIPPO JACOBO**  
**SPENERO,**  
SS. THEOL. D. POTENTISSIMO ELECTORI SA-  
XONIÆ A CONFESSIONIBUS SACRIS, CON-  
CIONIBUS AULICIS PRIMARIIS, ET CON-  
SILIIS ECCLESIASTICIS.  
**DN. SAMUELI BENEDICTO**  
**CARPZOVIO,**  
SS. THEOL. D. PROTO-SYNEDRII ELECTORALIS  
ASSESSORI, ECCLESIAE DRESDENS. PASTO-  
RI, EJUSQUE DIOECESENS SUPER-  
INTENDENTI.

**DN. BALTASARI BEBELIO,**  
SS. THEOL. D. ET IN UNIVERS. WITTEBERG. PROFES-  
SORI PRIMARIO, CONSISTORII ECCLE-  
SIAST. ASSESSORI, ECCLESIAE PASTORI,  
AC CIRCULI ELECTORAL. SAXON.  
SUPERINTENDENTI  
GENERALI.

**DN. VALENTINO ALBERTI,**  
SS. THEOL. D. ET IN UNIVERS. LIPSIENSI PROF. P.  
EXTRAORD. LOGIC. ET METAPHYS. ORDIN.  
CONSISTOR. ELECT. ET DUCAL. ASSESSORI,  
NATION. POLON. ET COLLEG. PHILOS. SENIORI,  
B. VIRGIN. COLLEGIATO, UNIVERSIT. DECEM-  
VIRO, ET STIPENDIARIORUM  
EPHORO.

DOMINIS, PRÆCEPTORIBUS, PATRONIS,  
FAUTORIBUS  
IN CHRISTO JESU PATRIBUS  
ET FRATRIBUS,  
DEBITA CUM VENERATIONE ET TATEM SUSPICIENDIS,

HUNC  
BEATISSIMI PRO-SOCERI Sui  
LABOREM SACRUM  
VEL TRIBUS SALTEM VERBIS,  
(CUM PER MORBUM INOPINUM PLURA NUNC NON LICEAT,) CONSECRARE,  
EUMQUE  
PIETATIS, GRATITUDINIS, REVERENTIÆ,  
MEMORIÆ, AMORIS  
MONUMENTUM PERPETUUM ESSE VOLUIT:  
DEUM PRECATUS ARDENTISSIME,  
UT OMNIBUS ET SINGULIS,  
PRÆSERTIM DUUM-VIRIS  
NUPERRIME SAXONIÆ DONATIS,  
SPIRITUS SANCTI GRATIA PORRO ADSIT  
CLEMENTISSIME, EFFICACISSIME,  
**QVO MERITIS**  
ALIBI HACTENUS IN ECCLESIAE BONO PROMOVENDO  
AMPLISSIMÆ PARTIS,  
INDIES MAJORA ADDANT,  
A DEOQUE  
UNA CUM CÆTERIS SAXONIÆ LUMINIBUS  
FULGEANT  
HIC IN REGNO GRATIÆ  
IBI IN REGNO GLORIÆ  
**TANTORUM NOMINUM**  
ET  
**LUMINUM**  
CULTOR OBSERVANTISSIMUS  
**BALTASAR FRIDERICUS Saltmann/**  
SS. THEOL. D. ET ECCLESIASTES.



# PROLEGOMENA IN PROPHETAS MINORES.



**A**ggressuri cum Bono DEO Minorum Prophetarum ἐξηγήσειν, non utile modo sed & summoperè necessarium iudicamus, ut generalibus quibusdam προλεγόμενοις quæ omnium in univèrsam Prophetarum meliori intelligentiæ inserviant, viam muniamus, quo cursu eò expeditiori in ipso enarrationis opere postea pergere possimus. Quemadmodum enim omnium aliarum rerum methodica & accurata cognitio eo ordine acquiritur, ut

omnium primò universalia, quæ per totam rei cognoscendæ amplitudinem sparsa sunt, considerentur, quippe, quæ cæteris particularibus distinctâ notitiâ notiora sunt, ut passim Philosophus docet, & quibus in limine neglectis, totum, de quo agendum est, negotium multis modis obscuratur ac crebris ταυτολογίαις, quæ tum nequeunt vitari otiosa atque ingrata redditur: Ita etiam, qui in Prophetarum lectione cum fructu versari cupit, oportet, ut in ejusdem vestibulo, & antequam ipsa adyta ingrediat, ea quæ omnibus sunt communia, diligenter lustret, & hoc pacto demùm ipsos Prophetas adeat: cuius rei nos memores generalem in Prophetas εἰσαγωγὴν prius adornabimus, quàm speciali vaticiniorum accingamur. Porro, ut certâ methodo omnia peragamus, duobus membris totum hoc προοίμιον includemus, quorum prius ὀνομασολογία sive explicationem nominis *Propheta & Prophetia*: alterum πραγμασολογία seu rem ipsam ejusdemque causas atque affectiones exhibebit.

i. Phyl. c. 4.  
i. de part.  
animal. c. 1.

## PROLEGOMENA

## Ὀνοματολογία.

Πρὸς τὸ ὁρθῶς διδάσκειν δεῖ πρῶτον ἐξελάσειν τὰ ὀνόματα, regula non in humanarum tantum artium & disciplinarum traditione, sed & oraculorum divinorum consideratione per est necessaria. Utrobique enim nominibus vel ignoratis, vel non dextrè explicatis, multi sæpè errores in res ipsas irrepunt. Tum autem nomen rectè cognitum habetur atque perfectum, cum non modò ejusdem Etymologia sive origo, sed & homonymia & varia usurpatio, ut & Synonymia probè & diligenter est percepta.

Etymologia.

Ergò quod Etymologiam, sive rationem nominis *Propheta* & *Prophetie* spectat, alienior illa est, quam quibusdam fortè Græcarum literarum ignaris *Propheta* dici videtur quasi *procul fans*, vel *procul videns* in quantum sc. cognoscit & loquitur ea, quæ sunt procul ab hominum sensibus. Thom. Aquinas suum. Theol. part. 3. q. 7. a. 8. Aliquantò vicinior est, quâ idem Thom. 22. q. 171. a. 1. *Prophetam* à *Pro*, quod est procul, & *Φανός*, quod est apparitio dictum putat, quia sc. Prophetis appareant ea, quæ aliis procul sunt. Sunt qui δὲ τὸ τῆς Φανείν deducunt, quod interpretentur oracula obscuriora, vel etiam δὲ τὸ τῆς Φαίνω ostendo, quia futura ostendunt, & indignant: quæ quidem Etymologiæ à *Propheta* officio non aberrant, remotiores tamen sunt, & sola illa verissima est, quâ statuitur descendere, à verbo Græco *προφημι* *predico* vel à *προφητεύω* *presagio, pronuncio, vaticinor*, ut sic *Propheta* notet hominem arcana & futura tum *predicentem*, tum *exponentem*, quo spectat Procopii descriptio: *Προφήτης ὁ προφητάσκων ἢ τὸ μέλλον ἢ τὰ παρόντα. Propheta est, qui aut futura predicat, aut presentia, quæ adhuc latent.* Hebræis *Propheta* dicitur נָבִי & *prophetia* נְבוּיָה à radice נָבָה quæ tamen in Kal non inflectitur: in Niphâl autem נָבִי, notante Schindlero significat *accceptionem Prophetie à DEO, & mandatum loquendi ad alios*: in Hithpâel usurpatur ferè de *Prophetia falsâ*, sive fictitiâ pro naturâ totius Conjugationis, quâ quis sine divinâ inspiratione ex seipso aliquid fingit, & postea sub spetioso *Prophetiæ* nomine venditat. Confer Jer. 23. 13. Sunt, qui hoc vocabulum ad radicem נָבִי revocant, (Forsterus in Lexico) quæ latinis significat *Venit*, assignatâ ratione, quod *Propheta* de rebus venturis dicant, quo pacto etiam quoad sonum esset inter vocem Græcam *Φάω* *Φῶ* &

## IN PROPHETAS MINORES.

Φῶ & hebraicam נָבִי cognatio, de qua videntur Lex. Avenarii. Notandum hic obiter, quod Hebræi inter נְבוּיָה *Prophetiam* & רוּחַ קֹדֶשׁ *Spiritum Sanctum* tale tradant discrimen, quod נְבוּיָה fit, quæ venit super hominem in somnio: aut si vigilat, omnes sensus aut vires ejus obruuntur, ut abreptus videat in visione, quasi virum secum loquentem hæc vel illa, aut imagines, aut non videat ullam imaginem, sed audiat vocem secum loquentis. Sed רוּחַ קֹדֶשׁ *Spiritus Sanctus* est, cum non aboletur ullus sensuum in homine, sed is loquitur more aliorum hominum, sed excitatus à Spiritu excelso; de quâ distinctione videatur copiosius Fabric. partit. Hebr. cap. 10. pag. 52. seqq. Latina Biblia in hoc argumento voces *Propheta, Prophetia, Prophetare* è Græco fonte haustas mutuo sumtas ferè semper retinent. Non rarò tamen loco verbi *Prophetare, Vaticinari* adhibent. conf. 1. Sam. 19. 20. Jer. 14. 14. Ezech. 11. 4. c. 37. 4. 9. Sed *Vatis* nomen, quod κατὰ ἀντίστοιχόν à *fari* deductum volunt, vid. Becmannus de orig. Lat. Ling. p. 183. pro *propheta* positum nullibi reperitur in Latinis Bibliis. Germani latinos secuti itidem voces Græcas ad suum transtulerunt usum: nihil enim usitatius vocibus *Prophet / Prophetin / Prophetisch* &c. At nomen *προφητεία* reddunt per vocabulum *Weissagung /* excepto unico loco, 1. Paral. 9. 29. Sic verba *prophetare & vaticinari* semper in Germanis Lutheri Bibliis voce *Weissagen* exprimentur, quæ dubio procul κατὰ ἔξοχὴν *prophetis* eorundemque *vaticiniis* tribuitur, quod in iis singularis & arcana lateat sapientia, nullis naturæ viribus obvia.

Porro vox *Propheta* variis modis sumitur, non in *bonam* tantum, Hon. 1. 17. sed in *malam* etiam *partem*. Significat enim interdum *Fanaticos* & amotæ mentis homines, qui varia ineptè garriunt, atque effutunt, quo sensu dicitur Saul prophetasse, 1. Sam. 18. 10. impulsus à malo spiritu; in quem locum Glossa ordinaria sic habet: *Hic non accipitur Prophetia propriè, sed tantum denominativè, quod aliena tanquam arreptivè loquebatur.* Hic vocis usus inde venit, quod mundus de piis Ecclesiæ Doctoribus impiè judicans eodem ferè loco eosdem cum furiosis habere soleat, uti videre est 4. Reg. 9. 11. uti principes Israëlita de Elisæi discipulo, qui ibid. filius *Prophetarum* vocatur, loquentes ajunt ad Jehu: *Quid venit iste insanus ad te?* Attribuitur quoque vox *Propheta* in *malam partem* accepta *idolorum ministris & diaboli vaticibus*, fortè ideò, quod verorum *Prophetarum*.

ficuti olim ex Ecclesia Antiochena Paulus Samofatenus, ex Alexandria Arrius, ex alijs Ecclesijs alij hæretici: idcirco hujusmodi fanaticos, Absolones suos nominat, cum quibus sibi vehementissimè sit dimicandum, fuit, *com. 9. Witeb. f. 234. eandem querelam repetit, tom. 5. Jen. fol. 78. b.* Sufficit interim, ipsum primum & unicum fuisse, qui spiritu planè Eliano furoribus Baalitarum Romanensium publicè restitit. Unde non immeritò à majoribus nostris, ringentibus & frementibus Monachis, tertius Elias novissimi seculi fuit nuncupatus. Pro quo immenso beneficio Deo præpotenti & misericordi gratias agimus immortales, ingemiscentes cum Regio Psalte ex Psal. LXXII, 18. *Benedictus DOMINUS DEUS Israël, qui facit mirabilia solus: & benedictum nomen majestatis ejus in aeternum, & replebitur majestate ejus omnis terra:*  
Fiat, Fiat.

DEO SOLI HONOR ET GLORIA  
IN SECLA, AMEN.



INDEX



## INDEX I

### Quæstionum in hoc opere occurrentium, & sufficienter explicatarum.

- I.  
Quis sit usus inscriptionum & Titulorum Prophetarum libris præfixorum? pag. 57
- II.  
Cur Hoseas omnium Regum Juda, sub quibus prophetavit, non tamen omnium Regum Israël meminert? p. 58
- III.  
Quid sentiendum sit de factio Hoseæ fornicariam mulierem sibi jungentis? p. 71
- IV.  
An Gomer quam sibi junxit Hoseas vere & proprie, an vero metaphoricè tantum fornicaria, id est, idolis dedita fuerit? p. 75
- V.  
An quia Scriptura S. crebro de fornicationibus, adulterijs &c. loquitur, ejusdem lectio Laicis permittenda non sit, nec eadem in lingvas vernaculas transferenda? p. 76
- VI.  
Cur domus Jehu, qui ad mandatum divinum sanguinem effudisse legitur, extirpanda fuerit? p. 78
- VII.  
Cur Oseæ, primum filius, deinde filia, tertio iterum filius ex Gomera natus fuerit? p. 80
- VIII.  
An è locis Scripturæ, in quibus Jehovah à Jehovah tanquam alius ab alio  
Yyyyy yyyyy

## INDEX I.

alio distinguitur, recte probetur Personarum in unitate essentiae divi- nae pluralitas?	pag. 87
IX.	
Quid sentiendum sit de promissione: <i>Numerus filiorum erit sicut arena maris.</i>	p. 94
X.	
An pugnet cum quarto precepto Decalogi, quod liberi jubentur matrem suam increpare, judicare & condemnare?	p. 109
XI.	
An sit nota electionis ad vitam aeternam, quando Deus hominibus certis obstat, ne peccent?	p. 110
XII.	
An verbum <i>כִּשְׁבָּת</i> fecerunt, idem sit quandoque ac obtulerunt sive sacrifi- carunt?	p. 112
XIII.	
Baal quid significet, & quale idolum fuerit?	p. 113
XIV.	
An posterior pars capituli secundi Hoseae literaliter sit intelligenda de re- ditu populi Judaici ex captivitate Babylonica, an vero de gratioso re- gno Christi, & beneficijs N. T.?	p. 131
XV.	
An sit idololatria ita colere statuas & imagines, ut non ad ipsa idola, sed ad Deum cultus ille referatur?	p. 133
XVI.	
An idololatria sub regno Christi prorsus sit abolenda?	p. 135
XVII.	
An retineri possint & debeant nomina Idolorum Ethnicorum inter Chri- stianos?	p. 136
XVIII.	
An ferendae sint in Christianorum templis imagines?	p. 138
XIX.	
Quomodo ea quae de foedere cum bestiis iucundo in scriptura dicuntur, accipienda sint?	p. 140
XX.	
Quomodo Hoseas emere, & pretio certo sibi comparare Gomeram potue- rit, quae jam ante ipsius fuit?	p. 160
	XXI.

## QVÆSTIONUM.

XXI.	
Quid per <i>Teraphim</i> apud Hoseam intelligatur?	p. 166
XXII.	
Quid sentiendum sit de Judæorum ante finem mundi ad Christum con- versione?	p. 168
XXIII.	
Quæ sint causæ ob quas peccatum <i>sanguis</i> vocatur?	p. 194
XXIV.	
An etiam bruta animantia peccata proprie committant, & ob eadem à Deo puniantur?	p. 195
XXV.	
An cum Ministris Ecclesiæ aliquando contendere, & iisdem contradice- re liceat?	p. 201
XXVI.	
An Deus ob peccata Parentum liberos puniat?	p. 202
XXVII.	
An licuerit Israëlitis in V. T. in pluribus locis, atque ita etiam alibi, quam ubi tabernaculum fuit, offerre sacrificia?	p. 208
XXVIII.	
An salva Dei justitia fieri possit, ut peccata impunita atque inulta mane- ant?	p. 211
XXIX.	
An infidelibus & Idololatricis cohabitare, eorundemque sacris interesse, liceat?	p. 229.
XXX.	
An peregrinationes ad loca sancta, quæ hodie in Papatu Religionis causa instituantur, sint superstitiosæ & Idololatricæ?	p. 232
XXXI.	
Ebrietas quid sit, & quos Scriptura ebriis annumeret	p. 235
XXXII.	
An ad officium fidelium Ecclesiæ Ministrorum spectet etiam Principes & Magistratus argere?	p. 252
XXXIII.	
An qui indurati sunt, ut non possint aliter quam male agere, retineant ad- huc aliquam voluntatis libertatem?	p. 267
XXXIV.	
An qui vere regenerati & divinæ gratiæ ac præsentis participes redditi sunt, beneficium regenerationis amittere, & à Deo deseri possint?	p. 269
Yyyyy yyyyy 2	XXXV.

INDEX IV.

non consistit in duratione tem- poris. 1348	Theodorus Mopsuestia Episc. nota- tur. 12
caruit quinq; rebus, quæ in primo fuerunt. 1331. 1347	Theologi ambitiosi. 847
ejus instauratio impeditur. 1316	Theraphim quid. 164. 166
quamdiu edificatum fuerit. 1320	Timor filialis. 171
tertium non est expectandum. 1353	Tituli non semper cum re conveniunt. 213
Samaritanum vocatum mons transgressorum. 1477	sine re inanes. 336. 425. 602
Tenebræ spirituales. 827	illorum in prophetis usus. 57
Tentationes carnis. 437	Traditiones Pontificiorum. 471
ad vires nostras accommodatae sunt. 726	earum homonymia. ibid.
mundi tentationibus resisten- dum. 371	humanae sunt maledictiones. 1483
Terminos movere grande scelus. 263	Deo displicent. 1379
Terminus Deus Romanorum. 553	comparantur volumini volanti. 1480
Terra ob peccata incolarum maledi- cta. 1150. 1253	Tribulationes quid efficiant. 287
ejus vis fructificandi à Deo. 400	Tribunal divinum. 214
494	Tributa Magistratui pendenda. 601
Terram lingere in scriptura quid. 935	823
Terrores animi à Deo. 996	Trinitatem an depingere liceat. 794
Testamenti V. & N. harmonia. 515	illius testimonium. 1434
V. & N. differentia. 1449. 1612	cur hujus mysterii mentio non fiat explicite in V.T. 1434
vetus abrogatum est. 1709	Tristitia duplex mundana & salutaris. 942
Thabor mons. 249	Triturandi modus Hebræorum. 860
Thalmud Judæorum. 1478	Tubarum apud Hebræos usus quis. 289
Then. Anosi patria ubi sita fuerit. 538	Turbo symbolum Divine Majestatis. 962
1136	Turcæ in Republica non sunt simplici- ter tolerandi. 1750
	Turris gregis quid. 857
	Typicalii dati alii facti. 398
	Tyranni. 602. 1002
	quo

RERUM.

quo peccant, puniuntur. 866	Venire post aliquem quid in Scri- ptura significet. 12
privato ausu non deponendi. 836	Ventum seminare quid. 340
sunt vel titulo vel exercitio ta- les. 836	Verbum Dei hodie sola fidei regula. 514
sunt flagella subditorum. 442	graviter predicandum. 574
qua tales non excitantur à Deo. ibid.	illius efficacia. 297. 643. 743. 904
1620	est ordinarium conversionis me- dium. 310
suas habent metas à Deo. 1083	non est litera mortua. 643
violenta morte plerumq; pere- unt. 1126	illius pura predicatio est nota Ecclesie. 87
Tyrannis in Ecclesiam non est juvan- da. 1743	illius predicatio magnum est be- neficium. 427. 1272
ejus poena. 672	nunquam sine fructu est. 921. 1336
Tyrus urbs opulentissima. 364. 522	excitat timorem Dei. 1336
expugnatur ab Alex. M. 1583	quomodo audiendum. 1273
522	non est causa lapsus per se. 462
	non semper æquali splendore lu- cet. 1735
V.	comparatur armis militaribus. 1620
Vanitas mundi. 390. 448. 722	pluvie serotina. 1625
Vasorum consecratio est impia. 1750	illius contemptus graviter puni- tur. 87. 115
eis in Papatu virtus adscribitur. ibid.	contemptoribus subtrahitur. 643
Vaticinium de gentium vocatione ad Ecclesiam. 1427	Veritas. 174. 331. 1564
de morte Christi. 1610	commendatur. 1564
de Spiritu S. missione. 1691	species hujus virtutis. 1564
de triginta argenteis. 1667	invisa impiis. 628
Lutheri de Germania. 1219	Vermes infestantes equos quomodo exorcizent Papista. 1778
Vestigalia Magistratui solvenda. 601	Vestium luxus & mutationes d mnatur. 1334
Veneficæ an possint cedere tempestates. 1334	Eeee eeee eee 2

INDEX IV.

Vestis alba Ministrorum Ecclesie simpliciter non rejicienda.	1439	presentissimis periculis non exponenda.	702
V.T. in Ecclesia N.T. retinendum.	1466	doctrina conformanda.	419
Via pro religione.	387	Vitelli Caesaris crudelitas.	1588
Victi quomodo tractandi.	988	Umbrae in Scriptura significatus.	457
Victimae pura in V.T. quid significaverint.	1764	Unguentorum usus apud Hebraeos.	609
humanarum auctor quis.	905	abusus.	611
apud quas gentes in usu fuerint.	ibid.	Unio mystica arctissima.	145
Victoria a Deo est.	1153	cur desponsationi comparetur.	146
non est in unum hostium.	1652	Vocati non omnes veniunt.	854
Victus lautior libidinum fomes.	162	Vocatio universalis est.	463. 516.
Vigiliae nocturna citra urgentem necessitatem illicita.	809	gentium.	95
Vindicta Deo committenda.	521	ad officium Ecclesiasticum necessaria.	781
Vini immoderatus usus debilitat intellectum.	188	expectanda.	545. 733. 897
Vinum Libani praestantissimum.	457	si offertur, accipienda.	546.
Vir Dei quis.	7	legitima ministros reddit firmos.	689. 734
Virtutes christianae conjunctae sunt.	214	ad Ecclesiam beneficium Dei est.	630
radix illarum amara.	428	ad judicium divinum duplex.	406
Vis humana sine Deo nulla.	866	Vocis Divinae vis immensa.	213
contra Deum irrita.	985	Voluntas Dei quomodo sit immutabilis.	532
illis non fidendum.	783	est antecedens & consequens.	1805
Visio prophetarum triplex.	1046	Voluptuosi suas voluptates explere student.	385-533
visio vel ire vel gratiae.	923. 1181		1259
visio fragilitas.	436. 770		sunt



